

Dē castellīs (capitulum secundum)

Tum Venceslaus ad dominum ait: „Nunc supplicium habeō, domine meus. Licēbit in dominiō meō castellum aedificāre? In dominiō meō locī nātūrā mūnītam petram habeō. Etiam architectus clīvum petrōsum collaudat. Mūnīmenta magna certē inimīcōs invidōs dēterrēbunt. Castellum contrā inimīcōs rēgnūm cōfirmābit et populō tūtēlam pretiōsam suppeditābit.“

Dominus verbīs benīgnīs respondet: „Terram et castellum spopondimus, terram et castellum dabimus. Licensiam nostram obtinēbis. Nunc spondē pūblicē observantiam dominō suō.“

Venceslaus dextram suam laevat et prōnuntiat: „Spondeō dominō meō officia observantiamque. Semper pārēbō dominō meō et praceptīs eius. Semper manēbō fīdus famulus dominī meī.“

„Nunc officiī tuī particulam complēvistī,“ respondit contentus dominus. Sed subitō commōtus: „Ubi est scrība meus?“ exclamāvit, „Vocāte scrībam meum ad solium!“ Et scrība iamiam ad solium properāvit et verba dominī litterīs mandābat: „Venceslaō veterānō licet in dominiō suō castellum aedificāre. Iānua castellī semper aperta erit dominō rēgnī et praesidium castellī incolīs tūtēlam dabit. In bellī perīculō Venceslaus veterānus cum armigerīs dominō et rēgnō in auxilium properābit...“ Dēmum dominus chartam ante oculōs aulicōrum signāvit et Venceslaō dedit.

„Post cēnam invītāmus tē, amīce meus, in oppidum nostrum,“ inquit dominus. „Ūnā paulum ambulābimus, vīsitābimus honōrātōs aulicōs et praeципuē presbyterōs in templō.“

„Presbyterī in oppidō sunt? Vīcānī meī nūllum habent presbyterum. Nōnnūllī adhūc victīmās in ārīs antīquōrum deōrum mactant. Incolae in dominiō meō valdē indigent templō et presbyterō.“

„Rēcta verba, amīce. Ūnum rēgnūm, ūnus dominus, ūnus Deus. Nōn dēbēmus in terrā nostrā pāgānōs habēre. Antīquī deī īfīrmī sunt, sed Deus Chrīstiānōrum validus est, nam rēgnūm nostrūm contrā inimīcōs pāgānōs in bellō adiūvit. Sī ūrābimus ad ūnum Deum, semper rēgnūm nostrūm flōrēbit. Vītae et animae nostrarē nunc Deī Chrīstiānōrum sunt. Dabimus populō tuō presbyterum ērudītum et doctum – Dīvīnās litterās virīs apportābit, etiam lūdum gubernābit et puerōs litterās recitāre docēbit.“

(Nārrātiūcula continuābit.)

Pozn: *licet, ēre, licuit* – je dovoleno, smí se (toto sloveso se používá jen ve 3. sg., proto ten zvláštní slovníkový tvar); *locī nātūra* – přirozená poloha místa; *dextra (manicula), ae, f.* – pravice; *officia (pl.) et observantiam (sg.) spondēre* – slibovat poslušnost a úctu; *eius* – jeho; *officiī suī particulam complēre* – učinit zadost čemu (doslova: „dostát podílu své povinnosti“; latinsky původně: „officiī suī partem complēre“); *commōtus* 3 – znepokojený; *litterīs mandāre* – zapisovat (doslova: „svěřovat písmu“); *honōrātus* 3 – vážený; *presbyter*, *ī, m.* – kněz (křest'anská latina); *indigeō, ēre, uī* – potřebovat, vyžadovat; *indigēre templō* (abl.) – potřebovat chrám; *inimīcus* 3 – nepřátelský (pův. adj.); *adiūvō, āre, iūvī, iūtum* (+akuz.) – pomoci (komu); *sī* – jestliže (podmínková spojka); *Deī sum* – patřím Bohu; *Dīvīnae litterae, ārum, f.* – Písmo svaté;